



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor Nectar cœleste.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XLII.

AMOR DEI,

Amor Nectar celeste.

AD suavissimum nectar divini amoris invitatus Christus dicendo: *Bibite, & inebriamini* (Cant. s.) O felicissima invitatio! Intelligo, Deum tuum desiderium: non solum vis, ut te amet, sed sum omni perfectione, & amore. Vis, ut mecum sit ardens, ac ferveas. Vis, ut anima mea non sit plena, sed ebria sancto amore; non alienata a terra, sed à terra ad cœlum, à seipsa ad te.

O anima mea, quando venies ad hunc statum? Quando eris extra mundum, extra terram, extra proprium corpus, rota fixa, & concentrata in Deo? Ebrivata & non videt: gustat, & non gustat: loquitur, & non loquitur: quia non est apud te, sed extra te. Sic anima ebria divino amore, non videt, non gustat, non loquitur nisi quando videt, quod est Deus; Soia Divinitatem suam ad agendum.

Et oculus videt lumen, & alia omnia per lumen: anima Deum solum amat, & alia propter Deum.

CONSIDERATIO XLIII.

AMOR DEI,

Filiatio DEI.

OMira vis amoris divini! ama Deum, & eris Filius Dei: quia Amor trahit Gratiam, Gratia naturam divinam, in qua fundatur Filiatio Dei: Filius alicujus, aliud non est, quam communi